

Sala

Gab. R

Est.

Tab. 6

N.º 29

DOM Affonso de Castelbranco Por merce de Deus & da sancta
Igreja de Roma Bispo de Coibra, Conde de Arganil, & do e-
selho de sua Magestade, &c. Fazemos saber a todos os Priors,
Reytores, Beneficiados, Curas, & mais clérigos de, enosso Bispado
q o P. Gregorio xij & o nosso muyto S. Padre Sixto P. V. ora prese
fete na Igreja de Deos istituirão algúas festas de algúis Santos dupli- simi.
& sipl. dalgúis dos quais áres se nã rezaua, ou se rezaua doutra
maneyra, mādado a todos os clérigos, & pessoas q tē obrigaçāo
de rezar q rezē os ditos officios assi como per suas cōstituiçōes
& motos proprios be mādado: & outro si na noſſa See por cuscu-
me immemorial se celebrão, & rezão officios de algúis Santos, &
festas proprias as quais forão cōfirmadas pela See Apostólica,
& per nosso mādado reduzidas, a forma do Breviario. E cōside-
rando nos a obrigaçāo q todos tē de rezar das festas, & Santos q
a Igreja māda, & os de nosso Bispado de se conformar cō a noſſa
See Catbredal, celebrando as mesmas festas & Santos & re-
zando delles como nella se reza. Mandam os hora aiuntar assi as
festas & officios nouos q sua Sanctidade instituiu como os pro-
prios de noſſa See em bū volume ao lōgo, correystos pelos origina-
is verdadeyros, & liuros mais enuendados, & os mādamos empri-
mir pera q todos possão rezar delles como sāo obrigados. Pelo q
mādamos ē virtude de cbeatificār sob pena de excomūnha &
dezeruzados pera a obra da See & meyribo a todos os sobre ditas
& cada bū delles q tē obrigaçāo dc rezar o officio diurno q do dia
q esta noſſa prouisāo lhe for publicada ou por outra via vier a
sua noticia a quinze dias primeyros seguintes cōprē o liuro dos dí-
tos officios & rezē das ditas festas & Santos, & mandamos aos
noſſos visitadores q nas visitaçōes pregunte se se cūpre esta noſſa
prouisāo, & os culpados condenē na pena della & ao noſſo Pro-
visor, & Vigayro, & mais officiays q a māde cūprir & guardar
como nelle se cōtē. O qual liuro se achara em casa de António de
Mariz empresso, q por noſſo especialmandado o imprimio, & de
seu nome sera assinado aliis não lhesera leuado ē conta. Dada em
coibra. Aos 5 dias domes de Novembre de 1588. Luis de Lemos eſc
ritão da camara a fez escreuer.

BISPO CONDE.

Nos Gulielmus Sirletus Tit. S.
Laurentij in Paneperna S.R.E.
Presbyter Cardinalis, fidem facimus
& attestamur S.D.N.D. Grægorium
XII I. viuæ vocis oraculo nobis facto
Ecclesiæ Conimbricensi licentiam cō
cessi dicendi in Choro, & extra supra
scripta officia ad formam Rom. Bre
uiarij redacta & emendata iusta eiusdē
Ecclesiæ consuetudinem. Datum Ro
mæ in Palatio Apostolico. iii Nonas
Iunij. M.D. LXXXIII.

Gul. Sirletus Cardinalis.

*Foto
Ano 1888
Amoris*

IANVARIVS.

7 Iuliani martyris. duplex. fol. 1.

16 Sanctorum martyrum Ordinis Minorum, Pe-
tri, Accurtij, Ottonis, Beraldi, & Adiuti. dup.
Ibidem.

22 Sanctorum Vincentij & Anastasij. duplex.
fol. 2.

24 Descensio Beatæ Mariæ virginis, quæ dici-
tur de pace. duplex. Cum cōmemoratione
Sancti Timothei Episcopi & Martyris.
Ibidem.

FEBRVARIVS

3 Sancti Blasij Episcopi & Martyris. duplex.
fol. 12.

MARTIVS.

nihil habet.

APRILIS.

2 Sancti Francisci de Paula ordinis Minorum
fundatoris duplex. confess. non. fol. 12.

Missa



APRILIS.

- 4 . Sancti Isidori Episcopi Hispalensis & Ecclesiae Doctoris. *duplex.* *natura*
Cuius officium positum est in fine huius libri
fol. 63.

- 13 Sancti Hermenegildi Martyris. *duplex.*
Cuius officium positum est in fine huius libri
fol. 64.

- 23 Sancti Georgij Martyris. *duplex.* fol. 14.

- 29 Sancti Petri Martyris Ordinis Prædicatorum
duplex. *Ibidem.*

M A I V S.

nihil habes

J U N I V S.

- 13 Sancti Antonij de Padua Ordinis Minorum
confess. non Pont. *duplex.* fol. 17.

Julius

I V L I V S:

- 4 Sancte Elisabet, Portugalie quodam Regine
dup. cua. com. octauæ SS. Petri, & Pauli,
fol. 20.

- 14 Sancti Bonaventuræ Episcopi & confessoris
& Ecclesiæ Doctoris. duplex. fol. 22.

- Do. 3 Dñica tertia Festū Angelii Custodis. dup.
cum comm. & nona lectione dominicæ.
Ibidem.

- 26 Sancte Anne matris Beatae Mariæ. dup.
fol. 22.

A V G U S T Y S.

- 12 Sancte Claræ virginis. duplex. cum com-
memoratione octauæ Sancti Laurentij.
fol. 33.

S E P T E M B E R.

- 2 Sancti Antonini Martyris. duplex. fol. 33.

- 10 Sancti Nicolai Telentinatis Ordinis Eremita-
rii S. Augustini confessoris nō pon. dup.
cū comm. octauæ nativitatis Beate Mariæ.
fol. 33.

19

SEPTEMBER

- 17 Translatio S. Vincentij Martyr. **dup.** fol. 36.
19 Sanctorū Martyrum Januarij Episcopi, & so-
ciorum Martyrum **simplex.** fol. 36.
27 Sanctorū Coismæ, & Damiani, mar. **duplex.**
fol. 37.

OCTOBER

- 13 Sancti Giraldi confessoris. **duplex.** fol. 37.
21 Sanctorū Ursulæ, & sociarū virginum & mar.
dup. cum com. & non a lectione S. Hilario-
nis Abbatis. fol. 37.
30 Festum victoriæ Christianorum. **duplex.**
fol. 38.

NOVEMBER

- 21 Præsentatio Beatæ Mariæ virginis. **duplex.**
fol. 51.

DECEMBER

- 6 Sancti Nicolai Episcopi & confessoris. **dup.**
fol. 52.
18 Festum Expectationis Beatæ Mariæ. **dup.**
fol. 52.

IANVARIVS.
INCIPIT PROPRIVM
FESTORVM CATHRE
dalis Coimbricensis.

DIE VII. IANVARI.

H N festo sancti
Ioliab*i* marty
ris, quod cele
bratur primo
die post octauā Epiphaniae
nō impedito festo ix. le
ctionum: omnia de cō
uni vniuersi Martiris.

Oratio.

Presta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui, &c.

In 1. nocturno lectiones de libro Scripturæ co
tempore occurrentis.

In 2. noct. lectiones de Comuniti. Principes
persecuti sūt me gratis.

In 3. noct. Homilia in
Euāgeliū. Siquis vult
venire post me, de eodē
communi.

XVI. IANVARII.

IN festo sanctorum
Mart. Berardi, Petri, Ac

curij, Adiuti, & Ottodis
fratrum ordinis Minorū:
vnnia de Communi plu
timorum Martirium p̄
ter ea, quæ hic sunt pro
pria. Oratio.

D^Eus quin nos concedis
sanctorum Martirū
tuorum Berardi, Petri,
Accurtij, Adiuti, & Ot
tonis natalitia colere. Da
nobis in æterna beatitu
dine de eorum societate
gaudere. Per Dominum
nostrum, &c.

In 1. noct. lection. oc
currentes de tempore.

In 2. nocturno.

Lection. 4.

O^Tto sacerdos, Berar
dus, & Accurtius,
Petrus, atq; Adiutus mar
tyres de familia sancti Frā
cisci, eius iussu ex Italia
Hispaniam venerunt, vbi
A omni

IANVARIVS.

qnnibus propter vitæ &
morum sanctitatem gra-
ti, atque iucundi fuere.
Deinde Spiritus sancti gra-
tia roborati, ex Christia-
norum finibus, Hispalim
ad Sarracenos proticiscū-
tur: quod iter, nudis pe-
dibus abierunt, vigilijs,
jeianijs, & diuinarum re-
rum contemplationi ma-
xime intenti, eo cum per-
uenissent, diuina gratia
incitati ad eum se confe-
runt locum, vbi Mauri,
nefaria superstitione, Ma-
hometum colere, & altissi-
mis vocibus inuocare co-
sueuerant. Inde grauissi-
mis iictibus, colaphis, &
verberibus pulsi, regem
adeunt, eumque ad san-
ctissimam Christi fidem
suscipiendam hortantur.
Iratus a suo coaspectu ab-
ductos, confessam capi-
te plecti iubet: sed Régis
filius eorum miseratus pa-
tre obsecra ne homines
mortis supplitio idignos
interfici patiatur. Quæ
res illos hilari vultu, &

libenti animo, ad martyri-
um properantes, præsen-
ti mortis periculo excidit.
Itaque Regis iussu, tutti
inclusi sūt. Qui tū hilomi-
nus ex eius fastigio, ma-
ximis clamoribus Christi
fidem populo prædicab-
ant: inde ad regem pro-
ducti, cum in Christi pro-
fessione constanter per-
seuerarent, iussi sunt vr-
be excedere & Marrochi-
um profecisci. Tu autē,
P. Sancti tui Domine,

Lection. v.

Mari transmisso, ma-
ximisque in intencione
ex haustis laboribus Mar-
rochium læti, perueniūt:
vbi à Petro Lusitanij Re-
gis filio, qui per id tem-
pus in ea vrbe proper of-
fensionem, quæ inter eum
& fratrem Lusitanij re-
gē, otta fuerat, forte mo-
rabatur beneuole excipi-
untur. Non multo post,
fidei causa in vincula sūt
conjecti. Vnde eos ad Al-
buzai

buzaidem, qui plurimum
apud regem gratia vale-
bat, sequissimi tortores ad
duxerunt. Illi qui nam es-
sent, & itiniris causam cu-
interroganti a perouissent
cumq; a Christi fide, quā
constantissime prædicab-
ant, nullis nec promissis
nec blandimentis deduci
petuissent: iussi sunt, a-
criter cediri, & singulis in-
singulis custedias retru-
di. Deinde ita crudeliter
uerberari, ut propria vi-
scera apparetent. Su-
per solum asperis testis
stratum, nudi projicien-
tur: totaque nocte flagris
caesi, altissimis clamori-
bus, se se ad mortem for-
titer ferendam adhortan-
tur. Postero die cum ad
regem, Almiramolinum
vinciti ducentur, Otto-
ni sacerdote socios inter-
rogante, quomodo eano
et se habuissent. Res-
ponderunt ei, præclare
& felicitet secum adiun-
esse Regiam deinde, vir-
quidam primarius ingres-

sus, obuiam eis venit, at
que vta fide Catholicade
ficiat, & Maurorum se-
ctam amplectantur con-
siliam dat. Ad hæc cum
Otto vehementer in Ma-
hometi sectam innectus
magno animo respondi-
set, iratus ille, Christi mi-
litem in dextera maxilla
grauiter percussit. Cli Ot-
to illio alteram maxillam
præbuit, & Neum, vt ei
ignosceret, precatus est.
Tunc Saracenus, ad Re-
gem eos introduci, iei. it,
dignos clamans, de quo-
rum insania Rex ipse sua
manu supplicium sumeret.

Tu autem. **B.** Ver-
bera carnificum, &c.

Lectio. vi.

Quos ad se introdu-
ctos Rex cum & in-
gēribus pollicitationibus
primum oblatis nihil pro-
ficeret suo gladio singu-
los obtruncavit, atq; etiā
martyrij psalmā gloriosā
adepsi sunt Decimū se-
ptimo Cal. Februatij An-
no Domini millesimo du-

I A N V A R I V S,

centessimo vigesimo, Honorio iij. Pontifice maximo, Martyrum corpora, à nequissima multitudine funibus tracta, extra muros in ignem coniunctur: quibus cum ignis parceret: Christiani qui aderant, Deum suum misericordibus extulerunt, quos statim Saraceni lapidibus insecuri sunt: a quo rum tamen ictibus omnes martyrum meritis incolumes euaserunt. Illi sanctorum corpora iterum ingenti clamore, circa muros, & per vicos raptata, dilacerarunt, dispersa tamen membra collegit, Princeps, Sanctij Lusitaniae Regis filius, nō nullique alij Christiani, qui rū partim latenter in priuatis ædibus asseruarunt, partim honore sepulturæ affecerunt. Sed maxima illorum pars, ad Principem Petrum peruenit, qui ea summo cum honore, Conimbricam, deporrandam, curauit: ad Cæno-

bium Sanctæ Crucis, ubi diuinitus præclara, & illustria per Christi Martyres miracula cum magna Dei gloria, & ingenii rotius urbis admiratione, contulur. Tu autem.

B. Tanquam aurum.
In 3. noct. Homilia in
Euangelium. Descendes Iesus de monte. **ut in cō**
muni plurimorū Martyrū

XXII. IANVARII INFESTO

sæctorum martyrum Via
cedrij, & Anastasij omnia
ut in Breuiario, quod of-
ficium sit duplex.

XXIII. IANVARII INFESTO

descensionis Beatae Mariz
quæ dicitur de Pace.

Ad Vesperas.

Aña Post partum Virgo inuolata permanisti Dei genitrix, intercede pro nobis.

Psalmus. 109.

Dixit dñs dño meo : se de à dextris meis.

Domine quec

I V N I V S.

per continentiam coarctamus. Sed quia minus est, mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis vperibus infudare, protinus additur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera, proximis nostris lucis exempla monstramus: de quibus profecto operibus Dominus dicit. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona & glorificant patrem vestrum, qui in cælis est.

R Sint lumbi vestri preceincti. **Lectione ix.**

D Vo autem sunt, quæ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere: ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriaz in

quiñamenta non deserit aut is qui castitate preminet, nec dum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonum opus est aliquid sine castitate. Sed si vtrumque agitur, restat, ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a vitijs pro mundi huius honestate contineat.

IN FESTO S. Antonij de Padua.

ad missam. Introitus.



S iusti meditabitur sapientia, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. **Psal.**
Noli aemulari in malignis, neque zalaueris facientes iniquitatē.

3.

Gloria Patri, & filio.
Oratio.

Eccl esiam tecum Deus
beati Antonij Confes-
soris tui solennitas voti-
ua laetificet: ut spiritua-
libus semper muniatur
auxilijs, & gaudijs per-
frui mereatur æternis.
Per Dominum.

**Epitola iæ Commu-
ni Confessorum non pō.**

Beatus vir: qui inuen-
tus est sine macula.

EVANGELIVM.

In illo tempore: Di-
xit Iesus discipulis su-
is. Sint lumbi vestri præ-
cincti.

Offertorium. Veri-
tas mea & misericordia
mea cum ipso: & ita no-
mine meo exaltabitur
cornu eius. **Secula.**

Præsens oblationi, fiat
domine populo tuo
salutaris: pro quo digna-
tus est patri tuo, te vi-
uentem hostiam immo-
lare, qui vivis & regnas,
cum Deo patri in unita-

te Spiritus sancti Deus.
Per. **Postcommunio.**

Beatus seruus, quem
cum venerit Domi-
nus inuenierit vigilante.
Amen dico vobis super
omnia bona sua consti-
tuet eum. **Postcom.**

Diuinis quæsumus do-
mine muneribus, sa-
tiati, ut beati Antonij
Confessoris tui meritis
gloriosis salutaris victi-
mæ desideratum sentia-
mus effectum. Per.

IVLIVS.

III. IVLLII.
In festo sanctæ Elisa-
bæ reginæ, Omnia decō-
muni nec virginis, nec
martyris. **Oratio.**

Omnipotens sacerdote
De⁹ qui beatæ Eli-
sabeth, de terrestris re-
gni culmine translatam,
in cœlesti tue regno glo-
ria sublimasti: eius meri-
tis & intercessione, fac
nos quæsumus, ad ean-
dē gloriæ peruenire. Per.

IVLIVS

In 1. noct. Lectiones
scripturæ co-tempore oc-
currentis.

In 2. noct. Lect. iiiij.

Hisabeth Petri Aragoniæ Regis, & constan-
tiae filia, Portugaliæ quondam Regina: ab infantia usque ad no-
num ætatis annum apud auum Iacobum Regem
sancte eoutrita est. Qui inspecta mirabili eius in-
dole, illud saepè dicere solebat, suā hanc neptē
& alumnam, summum aliquando decus & or-
namentum, Regiæ do-
tnus Aragoniæ alaturā,
quod præsigium, even-
tus postea confirmavit.
Mortuo auo, cum pater
hæreditario iure regnū suscepisset, reducta in
paternam domum, quā-
tum per ætatem licebat,
orationibus, iejunijs, om-
nique pietatis & religio-
nis studio dedita, pue-
riles annos transegit.
Cum igitur mirabili tor-

ma corporis, mirabilio-
rem animi pulchritudi-
nem præferens, ad
ætatem nubilem deuenis-
set, eam pater Dionysio
Regi filiam despondit.
Ducta in Lusitaniam, do-
mum suam non, ut pue-
la circa corporis cultū,
occupata, sed ut egregia
sollicitaque mater fami-
liae, sic agendæ vitæ
rationem initituit, ut ma-
trimonio satisfaceret si-
ne querela, & Deo per
omnia satageret compla-
cere. **Tu autem.** &c.

Propter virtutē, &c.
Lectio. v.

ANNUM agens
decimum septi-
mum filiam pe-
perit constan-
tiæ, quæ postea Regi-
na fuit Castellæ vigesi-
mo autem ætatis anno,
peperit Alphonsum fili-
um, qui Dionysio patri
successit, summa erat ei-
sapiencia, morum inno-
centia, vitæ puritas, in
Deum religio, charitas
&c.

Se reuerentia erga vir-
rum , erga domesticos
mansuetudo, clementia
erga populum, erga pau-
peres & egenos benigni-
tas, erga afflictos misé-
ratio , erga Dei seruos
miserabiles affectus. Red-
dituum suorum partem
maximam pauperibus ,
pupillis , & personis: si-
ue morbo , sive quavis
alia egestate oppressis
impendebat. Diuina of-
ficia quotidie , & audie-
bat attente & ipsas etiā
canonicas horas, defun-
ctorum officium, pæni-
tentiae psalmos , & mul-
ta alia summa religione
recitabat. Carnem mira-
domabat abstinentia. In
quadragesima , aduentu,
sextis ferijs sabbathis,
& iejuniorum diebus nō
nullis etiam sponte ad-
ditis , ita ieunabat , vt
nullo penitus vteretur
obsonio. Reliquo anni
tempore tribus in heb-
domada diebus ieuna-
bat. In Cœna Domini

duodecim mulieribus lo-
prossis, vestes nouas lar-
giebatur, pedes lauabat
& osculabatur deinde ad
mensam splendide appa-
ratam, maxima sedulita-
te ministrabat. Aliquan-
do hanc pedum ablutio-
nem in memoriam Do-
minicæ humilitatis cum
perageret: peruenit ad
quandam ex leprosis illis
mulieribus, quæ uno in
pelvum posito, alterū pe-
dē abscondebat. At Re-
gina cum pedem illum
lauisset, alterum vt pro-
ferret imperauit: Cumq;
renuentem coegisset, pro-
tulit pedē Cancro cor-
solum , a quo cum pro-
pter horrem, & facto-
rem quæ aderant mini-
stræ oculos auertissent.
Regina misericordia mo-
ta , pedem aqua calida
fouebat digitis tractâs le-
uiter, ne inulieri dolo-
rem inferret. Denique
facto desuper signo Cru-
cis sine villa nausea Cá-
crum osculata est. Quo-

I V L I V S.

osculo immédicabile il-
lud malum , statim pe-
nitus est ablatum , &
pes sanitati restitutus
est. Tu autem.

Dilexisti. *Lectione vij.*

 T si monaste-
rijs omnibus ,
seu virorum ,
seu mulierum
tam ad vitæ sustentatio-
nem , quam ad Ecclesi-
arum structuram necef-
faria suppeditabat: pecu-
liari tamen affectu , quo
sanctam Christi Virginē
Claram venerabatur ,
Cenobium in suburbio
Coniubricensi , struc-
ta nobili cæpit ædifica-
re. Ad quod cum aliun-
de aliquot expectatæ
virtutis fæmitas , eius
institutum professas ad-
doxisset , breui illud no-
bilium Virginum con-
gregatione insigne red-
dit. Mortuo coniuge
cū se in Cenobio quod
ædificabat includere co-
gitaret , lachrimis tamet
piorum cōmota , ne pau-

peres quorum miseriam
subleuabat destituti re-
mancerent , habitu tamē
religionis induita quod
in monasterio fecisset ,
dominon voti obligatio-
ne , sed virtutis studio
faciebat , quidquid autem
ei erat preciosæ vestis :
quidquid argenti & auri ,
Dño sanctificavit: ac iu-
sta illud constituta sibi
domo ad præficiendum
monasterium omnem di-
ligentiam adhibuit , mul-
tis ei prædijs attributis ,
vnde Christi , famulæ ale-
rentur. Cumque in san-
cta viduitate , ita Domi-
no deseruiret , certior
facta inter Regem , filiu-
um , & nepotem Castel-
læ Regem discordiam
subortam fuisse : pacis
componendæ causa trans-
taganam adjit regionem.
Quo in itinere cum ad
oppidum Ethermotium
deuenisset leui correpta
ægritudine , aparuit sibi
Virgo Dei mater , intel-
lexitque resolutionis suæ
instat

instare diem. Quare sa-
cramentis deuotissime su-
sceptis: Regi filio & Re-
gia nuru præsentibus
quarto Nonas Iulij sexa-
gesimo ætatis suæ anno
migravit in Cœlum: cu-
vis corpus cum septem
dierum itinere in medijs
Iulij caloribus delatum
esset Conimbricā contra
cadauerū, naturā nō mo-
do non fætebat verum
odore suauissimo aroma-
ta omnia superabat, se-
pultumque est in lapi-
deo monumento, quod
sibi in suo Cænobio vi-
uens parauerat ubi mul-
ta pereuin Deus indies
miracula operatur. Tu
autē, Be. Fallax gratia.

In 3. nocturno Homilia in Euangeliū. Simi-
le est regnum cælorū
thesauro abscondito in
agro. ut in communī
sanctæ, nec virginis nec
martyr. Deinde fit com-
memoratio Octauæ, SS.
Petri & Pauli.

XIII I V L I I.

In festo sancti Boni
venturæ Episcopi, & co-
fessoris & Ecclesie do-
ctoris: omnia vt in co-
muni confessorum pen-
tificum. Ad magnificam
in utrisque vespere.

A. Odoctor optime, &c.
In 1. nocturno. De li-
bro Eccles.

Lectione. 1. Cap. 19.
Sapientiam omnium an-
tiquorū exquirat sapiēs.
De cōm. Doc. In 2. noct.
Lectione. 3. Bona ven-
tura Baleneo Regij, &c.

Lectione. vi.

Ex libro Moralium S.
Gregorij Papæ.

Libro 9. Cap. 7.
Quid post Orionas Hya-
dum nomine.

In 3. noct. Homilia in
Euangelium.

Vos estis sal terræ, ut
in communī Doctrinā.

D O M I N I C A Tercia
Iulij celebratur fe-
stum Angeli Custodis.
In testo Angeli Custo-
dis Ad vesperas. A. a.

Ad.

I V L I V S.

Angelis suis Deus man-
davit, cum reliquis de-
laudibus. **Psal.**

Dixit Dominus, cum re-
liquis de Dominica, &
& loco ultimi Psalmini
dicitur.

Laudate Dominum omnes
gentes. **Capitul Exo:23,**

Ecce ego mitto Ange-
lum meum, qui pre-
cedat te, & custodiat
in via, & introducat ad
locum, quem præpara-
ui: obserua eum, & au-
di vocem eius.

Hymnus.

Custodes hominum
psallimus Angelos.
Naturæ fragili, quos pa-
ter addidit,

Cælestis concites, insidi-
antibus,

Ne succumberet hostibꝫ.

Ná quod corruerit pro-
ditor Angelus,

Concessis merito pulsus
honoribus,

Ardens inuidia pellere
nititur,

Quos Célo Deꝫ aduocat.

Nunc Custos igitur per-

vigil aduo'ca,
Avertens patria, de ti-
bi credita,
Tam morbos animi, quā
requiescere,
Quidquid non sinit in-
colas.

Sit Trinitati laus pia
iugiter,
.Cuius perpetuo nomine
machina,
Triplex hæc regitur, cu-
ius in omnia
Regnat gloria sæcula.
Amen.

N In conspectu Angelo-
rū psallá tibi Deus meus.

R Adorabo ad templū
sanctum tuum, & con-
fitebor nomini tuo.

Ad magnificam. Aña.

Omnes sunt ad ministra-
torij spiritus, in ministe-
riu[m] missi, propter eos
qui hæreditatem capi-
unt salutis.

Oratio.

O Mnipotens sempiter-
ne Deus, qui ineffa-
bili prouidentia sanctos
Angelos tuos, ad nostrā
custodiā mittere dig-
narjs

maris: largire supplicibus
tuis, & eorum semper
protectione detendi, &
æterna societate gaudie-
ge. Per Dominum.

Poitea fit commincio
ratio de Dominicis.

Ad matutinū loutatoriū
Regem Angelorum Do-
minum. + veante adore
mūs. **Psalmus.**

Venite exultemus Domī
no. Iubilemus, &c.

Hymnus.

Custodes hominum, v
in vespereis.

In 1. noct. Aña.

Dominus Deus cæli, &
terræ, ipse mittet Ange-
lum suum coram te.

Psalmus. 8.

Domine, dominus no-
ster: quā admirabile
est nomen tuum in vni-
uersa terra!

Quoniā eleuata est mag-
nificētia tua: super cēlos.

Ex ore infantium & la-
tentium perfecisti lau-
dem propter inimicos
tuos: ut destruas inimicū
& vltorem.

Quoniam videbo cēlos
tuos opera digitorum tu-
orum: lunam, & stellas,
quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod
memor es eius: aut filius
hominis, quoniam vi-
tas eum?

Minuisti eum paulo mi-
nus ab angelis, gloria &
honore coronasti eum: &
constituiisti eum super o-
pera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pe-
dibus eius: oves, & bo-
ues vniuersas, insuper &
pecora campi.

Volucres cæli, & pisces
maris: qui perambulant
semitas maris.

Domine Dominus no-
ster: quam admirabile
est nomen tuum in vni-
uersa terra.

Aña **Dominus Deus**
cæli & terræ, ipse mittet
Angelum suum corā te.

Aña. **Deus, meus mi-**
sit Angelum, & conclu-
sit ora leonum, & non
pocuerunt mihi,

Psa

I V L I V S.

Psalinus. 10.

IN Domino confido,
quo modo dicitis ani-
mæ meæ transmigra in
montem sicut passer?

Quoniam ecce peccato-
res intenderunt arcum,
parauerunt sagittas suas
in pharetra: ut sagittent
in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfeci-
sti, destruxerunt: iustus
autem quid fecit?

Dominus in templo sa-
cto suo: dominus in cæ-
lo sedes eius.

Oculi eius in pauperē
respiciunt: palpebrae eius
interrogant filios homi-
num.

Dominus interrogat iu-
stum, & impium: qui
autem diligit iniquitatē,
redit animam suam.

Illuc super peccatores
laqueos ignis & sulphur,
Ex spiritu procellarum,
pars calicis eorum.

Quoniam iustus domi-
nus, & iusticias dilexit:
Inquitatem vidit vultus
eius.

Ana. Deus meus mi-
sit Angelum suum, &
conclusit ora leonum &
non nocuerunt mihi.

Ana. Bene ambulatis
& Dominus sit in itine-
re vestro, & Angelus
eius comitetur vobiscū.

Psalinus. 14.

Domine, quis habita-
bit in tabernaculo
tuo? aut quis requiesceret
in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine ma-
culâ: & operatus iustitiam.

Qui loquitur veritatem
in corde suo: qui non
egit dolū in lingua sua.

Nec fecit proximo suo
malum: & opprobrium
non accepit aduersus
proximos suos.

Ad nihilum deductus
est in conspectu ejus ma-
lignus: timentes autem
Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo
& non decipit: qui pe-
cuniam suam non dedit
ad usuram, & munera
super innocentia pon-
accepit.

Qui

D E C E M B E R.

**vix. cum reliquis dę Do-
mīnicis.**

Aña. Ave Maria grā-
tia plenā Dominus tecum
benedicta tu in mulieribus
Alleluia.

Aña. Ne timeas Maria
inuenisti gratiā apud Do-
minum , Ecce concipies,
& paries filium, Alleluia.

Aña. Dabit ei Domi-
nus sedē David patrī ei⁹
& regnabit in æternū.

Aña. Ecce Ancilla Do-
mini , fiat mihi secundūm
verbū tuūm. **Capitul.**

Erigredietur virga de
radice Iesse, & flos de
radice eius ascendet , & re-
quiescat super eum Spiri-
tus Domini.

Hymnus.

Vox clara ecce intonat
Obscura quæq; incré-
pat.

Pellātur enim̄ somnia,
Ab̄ ēthere Cps promicat.

Mensiā resurgat torpida
Quæ sorde extat saucia,
Sidus refulget iam nouū,
Vt tollat omne noxiū.
Et sursum agnus mittitur

Laxare gratis debitum,
Omnes pro indulgentia,
Vocē dem⁹ cū lachrimis.
Secundo vt cum fulserit,
Mūdūq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed nos prius tūc p̄tegat.
La⁹, honor, virt⁹, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In s̄eculorū, s̄ecula. Amē.
¶ Spiritus sanctus su-
perueniet in te.

Be. Et virtus altissimi
obumbrabit tibi.

Ad Benedictus. Aña,

Super solium David , &
super regnum eius sede-
bit in æternū. **Oratio.**

Deus qui de Beatę Ma-
rię virginis v̄ero ver-
bum tuum Angelo nun-
ciante carnem suscipere
voluisti , pr̄sta supplici-
bus tuis, vt qui vere eam
genitricem Dei credimus
eius apud te intercessio-
nibus adiuuemur. Per eū
dem Domīnum nostrum
Ad 3. capit. Haiz. II.

igredietur virga deradice
Iesse, & flos deradi-
ce

Cecētū ascendet, & requie-
scet super eū Spirit⁹ dñi.
Bz. Tu exurgens Domi-
ne misereberis Sion.

* **Q**uiā tempus miseren-
di eius, quiā venit tēpus.
Misereberis.

Gloria Patri. Tu exurgēs
Bz. Rorate cæli desuper
& nubes pluant iustum.

Bz. Aperiatur terra & ger-
minet Saluatorem.

Ad sextam Cap. Isaiae. 7.

Ecce virgo concipiet,
& pariet filium, & vo-
eabitur nōmen eius Ema-
nuel: butyrum & mel co-
det, vt sciat reprobare
malum, & eligere bonū.

* **R**orate cæli desuper
* **E**t nubes pluant iustum

* **A**periatur terra, &
germinet Saluatorem.

Et nubes.

Gloria Patri. Rorate.
Bz. Emitte agnum Domi-
ne dominatorem terræ.

Bz. De petra deserti; ad
montem Sion.

Ad Nonā Cap. Isaiae. 45.

Rorate cæli desuper,
& nubes pluant iustum,

aperiatur terra, & ger-
minet Saluatorem, & iusti-
tia oriatur simul. Ego Do-
minus creauī eū.

Bz. Emitte agnum Domi-
ne, dominatorem terræ.

* **D**e petra deserti ad
montem filiæ Sion.

Domibatorem.

Gloria Patri. Emitte.

* **S**piritus sanctus super
nenjet in te.

Bz. Et virtus Altissimi
obumbravit tibi.

In secundis vesperris om-
nia ut in primis vesperris
præter quintam Antiphonam
qua dicitur sequēs.

Ana Defructu ventris
tui ponā super sedē tuam.

Psalmus. 8/1.

Memento domine Da-
uid: & omnis man-
suetudinis eius.

Sicut iurauit domino, vo-
tum nouit Deo Iacob.

Si introiero in taberna-
culum, domus meæ: si af-
cedero in lectū strati mei.

Si dedero somnum oculis
meis: & palpebris meis
dormitionem.

Et

DECEMBER.

Sicut requiem temporibus
meis: donec inueniam lo-
cum domino: tabernacu-
lum Deo Iacob.

Ecce audiuius eam in
Ephrata: inuenimus eam
in campis siluae.

Introibimus in taberna-
culum eius: adorabimus
in loco, ubi steterunt pe-
des eius.

Surge domine in requie-
tuam: tu & arca sanctifi-
cationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur
iustitiam: & sancti tui ex-
ultent.

Propter David seruum
tuum: non auertas faciem
Christi tui.

Iurauit Dominus David
veritatem, & non frustra
bitur eum: de fructu en-
tris tui ponam super se-
dem tuam.

Si custodierint filij tui
testamentum meum: &
testimonia mea, hæc quæ
docebo eos.

Et filij eorum usque in se-
culum: sedebunt super
sedem tuam.

Queniam elegit Domi-
minus Sion: elegit eam in
habitationem sibi.

Hæc requies mea in sa-
culū seculi: hic habitabo,
quotiam elegi eam.

Viduam eius benedicens
benedicam: pauperes eius
saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam
salutari: & sancti eius ex-
ultatione exultabunt.

Illuc producam cornu
David: parauit lucernam
Christo meo.

In iunctice eius induam cō-
fusionem: super ipsum autem
efflorebis sanctificatio mea.

Aña. **D**e fructu ven-
tris tui potiam super se-
dem tuam.

Ave Maria gratia plena
B. dominus tecum.

Ad magnificam.

Aña. **O** Virgo Vir-
ginu quomodo fiet istud:
quia nec primam similem
visa es, nec habere sequen-
tē. Filiæ Hierusalē. quid
me admiramini: diuinum
est misterium hoc quod
cernitur.

Ora.

Oratio ut supra in pri.
miss vespere. Deinde fit
commemoratio aduentus,
Aña. O.

I III. APRILIS

IN FESTOS,

ISIDORI ARCHIEPISCOPI
HISPALENSIS CONFESS. ET DOC.
DVPLEX.

Ex præcepto S. D. N. Sixti P. Quinti.

Ad Magnificam in viris
que vespere Antiphona.

O docto[r] optime Ecclesiæ
sanctæ lumen, beate I[ude]i
dore: diuinæ legis amator
de precare pro nobis filiu[u]m
Dei.

Oratio.

IEUS qui popu-
lo tuo æternæ
salutis beatum
Isidorum mi-
nistrum tribuisti, præsta
quæsumus, vt que[m] do-
ctorum vitæ habuimus in
terris, intercessorem habe-
re mereamur, incēlis Per.
In j. nocturno lectione Sapi-
entiam omnium antiquo-
rum, vt in cōmuni doct.
In ij. noct. Ex Branlio ar-
chiepiscopo Cesarauge-

stano & alijs. Lec[tion]o. iij.

ISidorus natione Hispa-
nus, Hispaniarum do-
ctor egregius, ex noua
Carthagine, cui ipsius Se-
uerianus dominabatur, a
sanctis viris Leandro Ar-
chiepiscopo Hispalensi,
& Fulgentio episcopo
Astigitano fratribus suis,
sancte & liberaliter insu-
dio literarū educatus est,
& ingentem doctrinā La-
tine, Grēce, atque Hebra-
ice cum magna zominis
claritate consecutus. Hic
adolescēs adhuc, heresim
Arianam, quæ gentē Got-
horum Hispaniæ latissime
dominante[m] penitus iam
pridiem inuaserat, tam
con-

A P R I L I S.

constanter palam arguebat. ut prope fuerit, vt ab Arianis necaretur. Sed exhibitus à Leandro huc sibi successore in fore præ sagiente, & vt se comodiori temporis referuaret admonitus, indignationem temperauit.

B. Inueni David.

Lectio. v.

Tgitur Leandro vita funeto, Isidorus magno regis Recaredi & populi consensu in Hispalet si Archiepiscopatu sufficitur. Quam electionem S. Gregorius Papa confirmauit, eique pallium misit in Hispaniam. Quantum vero pontifex factus fuerit contentans & humiliis, patiens & benignus, compatiens miseris & pauperibus, & cunctis virtutibus ingitus, nullius lingua sufficeret ad narrandum. Construxit monasteria, & collegia edificauit, in quib⁹ studijs sacriss, & diuinis lectionib⁹ vacas, plurimos discipulos qui ad eum confluabant,

erudiuit: inter quos fuit beatus Illefonsus Toletanus Ecclesiæ poste Archiepiscopus: scripsit librum Atymologiarū, & facti Canonis libros plurimos cōmetatus est, & tottantaq; alia volumina scripsit, vt humana vix vita, tatis suffectiona laborib⁹ videatur. Sed qui Deo student, nihil non proclive sentiūt, nihil frustra conantur, nihil non ex oratione consequuntur. **B.** Posui adiutorium.

Lectio. vi.

Vit deniq; Isidori tanta doctrinæ exactitatis opinio, vt coacto Concilio generali, ultro fuerit à Pontifice maximo vocatus. Vbi mirū est quantum ponderis & auctoritatis habuerit, in singulis rebus Isidori sententia apud Pontificē & omnes prælatois. Reuersus autem in Hispaniam cum suā mortem & Hispaniæ vastationem à Saracenis publicè praedixisset, migravit è vita pri die nonas Aprilis, anno.

Dñi

Dñi sexcentesimo trigesimo quinto, Sisenando in Hispania regnante. Sepultusq; fuit Hispali. Vnde postea translatus est in urbem Legionem à Fernando primo Casteliæ simul & Legionis Rege, qui hoc ab Eneto sarraceno Hispani regnante magnis preci bus & præmijs imperauit cui⁹ nomine tēplū edifica rū est Legione, vbi sepul t⁹, miraculis clar⁹ colitur magna populi religione.

Bz. Iste est qui ante Deū.

In 3. noctur. Homil. in Euang. Vos estis sal terre ut in communione Domini. Si celebretur in quadragésima non a lecto dicitur de Homine. seriæ occurrentis.

APRILIS. XIII.

IN FESTO

Sæcti Hermenigildi martyris, duplex omnia de communione in martyris præter lectiones secundi nocturni. **Oratio.**

Deus pro cuius nomine Beatus Hermenigil

dus rex & martyr magis ib⁹ impiorū occubuit: presta quæsumus, vt eius intercessioibus ab omnib⁹ periculis liberemur. Per.

In 2. noct. Ex Diuo Gregorio lib. 3. Dialogorum Cap. 1. Lectio iii.

Sicut multorum qui ab Hispaniarū partibus vendiūt relatione cognouim⁹ nuper Hermenigildus Rex Leouigildi Regis Visigothorū filius ab Ariana heresi ad fidem Catholicā viro reverentissimo Leandro Hispalitano episcopo redundū mihi in amicitia familiariiter iuncto, prædicante conuersus est. Quem pater Arian⁹ ut ad eadē heresī rediret, & præmijs suadere & minis terrere coarct⁹ est. Cūq; ille constatissime res pôderet, nūquā se verā fidē possederet, quā somelagnouisset: iratus pater eū priuavit regno, rebusq; expoliavit omnib⁹. Cūq; nec sic virtutum mentis illius emolire valuisset: in arcta illū custodia cōclusus.

Q 30 27 55

APRILIS.

dés, collú, manusq; illius
ferro ligauit. **R.**

Lectione. v.

Cæpit itaq; idé Hermi
nigildus rex iuuenis,
terrenū regnū despiceret,
& fortis desiderio cælestis
quærēs: i cilicijs vincula-
tus iacens, òni poteti Deo
ad cōfortadū se preces effū-
dere, tātoq; sublimi glo-
riā trāscētis mūdi despice-
re, quāto & religat agno-
verat nūl fuisse quod potu-
erit auferri. Superueniēte
autē paschalis festiuitatis
die, intēpestæ noctis silē-
tio ad eū perfid⁹ pater Ari-
anū episcopū misit, vt ex
manu sacrilegæ cōsecratio-
nis cēmunionē p̄ciperet:
atq; per hoc ad patris gra-
tiā redire mereretur. Sed
vir deo dedit⁹ Ariano epis-
copo veniēti exprobavit
vt debuit, eiusq; à se perfid-
iā dignis increpationibus
repulit: quia et si exterius
iacebat ligat⁹: apud se ta-
mē in magnō mētis culmi-
ne itabat securus. **R.**

Lectione. vi.

AD se itaq; reuerso epis-
copo, Ariano pater in-
fremuit: statiq; suos appa-
ritores misit, qui cōstātissi-
mū cōfessorē Dei illuc vbi
iacebat occideret, quod &
factū est Nā mox vtingres-
si sūt, securē cerebro cius
infigēte. Vitā corporis ab-
stulerūt, hocq; in eo valu-
erūt perimere, quod ipsū
quoq; qui perēptus est in
se constituerat despexisse.
Sed pro ostēdenda vera
ei⁹ gloria, superna quoq;
nō defuere miracula. Nā
cæpit in nocturno silentio
psalmodiæ cantus ad cor-
pus eiusdem regis & mar-
tyris audiri, atq; ideo ve-
raciter Regis, quia & Mar-
tyris. Feriunt etiā qđ illuc
nocturno tēpore accensæ
lāpades apparebāt, vnde
& factū est quaten⁹ cor-
p⁹ illius, vt videlicet mar-
tyris, iure à cūctis Fideli-
b⁹ venerati debuisset.

R. **In 3. noct. Ho.**
in Eu. Si quis venit ad me
mōjade cō. vnuis mar, etiā
si fiat officiū tēpore pasc.

L A V S D E O.

16. *Le bon pere*
17. *Le bon pere*
18. *Le bon pere*
19. *Le bon pere*
20. *Le bon pere*
21. *Le bon pere*
22. *Le bon pere*
23. *Le bon pere*
24. *Le bon pere*
25. *Le bon pere*
26. *Le bon pere*
27. *Le bon pere*
28. *Le bon pere*
29. *Le bon pere*
30. *Le bon pere*
31. *Le bon pere*
32. *Le bon pere*
33. *Le bon pere*
34. *Le bon pere*
35. *Le bon pere*
36. *Le bon pere*
37. *Le bon pere*
38. *Le bon pere*
39. *Le bon pere*
40. *Le bon pere*
41. *Le bon pere*
42. *Le bon pere*
43. *Le bon pere*
44. *Le bon pere*
45. *Le bon pere*
46. *Le bon pere*
47. *Le bon pere*
48. *Le bon pere*
49. *Le bon pere*
50. *Le bon pere*
51. *Le bon pere*
52. *Le bon pere*
53. *Le bon pere*
54. *Le bon pere*
55. *Le bon pere*
56. *Le bon pere*
57. *Le bon pere*
58. *Le bon pere*
59. *Le bon pere*
60. *Le bon pere*
61. *Le bon pere*
62. *Le bon pere*
63. *Le bon pere*
64. *Le bon pere*
65. *Le bon pere*
66. *Le bon pere*
67. *Le bon pere*
68. *Le bon pere*
69. *Le bon pere*
70. *Le bon pere*
71. *Le bon pere*
72. *Le bon pere*
73. *Le bon pere*
74. *Le bon pere*
75. *Le bon pere*
76. *Le bon pere*
77. *Le bon pere*
78. *Le bon pere*
79. *Le bon pere*
80. *Le bon pere*
81. *Le bon pere*
82. *Le bon pere*
83. *Le bon pere*
84. *Le bon pere*
85. *Le bon pere*
86. *Le bon pere*
87. *Le bon pere*
88. *Le bon pere*
89. *Le bon pere*
90. *Le bon pere*
91. *Le bon pere*
92. *Le bon pere*
93. *Le bon pere*
94. *Le bon pere*
95. *Le bon pere*
96. *Le bon pere*
97. *Le bon pere*
98. *Le bon pere*
99. *Le bon pere*
100. *Le bon pere*

